Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-377090-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-377090-p0002-7

# DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
# DE FAMA.

*Quam,*
Auxiliante Sanctæ Trinitatis Favore,
*Decreto & Authoritate Magnifici Nobilisſimiq́; JCtorum Ordinis in illuſtri Jenenſium Academiâ,*
PRÆSIDE
*VIRO Amplisſimo, Conſultisſimo atq́; Excellentisſimo,*
**Dn. ERASMO Ungepaur / JCto,**
p. t. RECTORE Magnifico, Conſiliario Sax. gravisſimo, Facultatis Juridicæ SENIORE venerando, nec non Curiæ Provincialis & Scabinatûs Adſeſſore digniſſimo, &c. DN. Præceptore ac Promotore ſuo nullo non honoris & obſervantiæ cultu filialiter ætatem honorando, magni æſtimando,
*Pro*
*LICENTIA, NOBILEM DOCTURÆ GRADUM, ejusdemq́; Summos Honores, Privilegia & Inſignia IN UTROq́; JURE ritè ac competenter conſequendi,*
publicæ Cenſuræ ſubmittit
**ADAMUS SCHELLERUS**
THURNAVIO-FRANCUS,
*In Auditorio JCtorum*
ad diem 16. Jul.

---

JENÆ, IMPRIMEBAT JOH. CHRISTOPH. WEIDNER.
A. O. R. CIↃ IↃCXL.

***PERILLUSTRIBUS, GENTE AC MENTE GENEROSISSIMIS DOMINIS,***

# Dn. GEORGIO BURGGRAVIO à

Kirchberg/ Dynaſtæ in Farrnroda/ &c.

# Dn. CHRISTIANO Schenck/ L. B.

in Tautenburgk/ Frawenprieſsnitz & Niedern-Trebra/ Dynaſtæ in Tonna/ &c.

**Dn. HENRICO II. Juniori, & p. t. Seniori,**
**Dn. HENRICO IX. &**
**Dn. HENRICO X.**

Fratribus Germanis, DNNN. RUTHENIS, DNNN. à Plavià, DNNN. in Grätz/ Cranichfeld/ Gera/ Schleitz & Lobenſtein &c

*DNNNNN. meis perclement. ac Gratioſiſsimis,*

NEC NON

*NOBILISSIMO, MAXIMEq; STRENUO,*

# Dn. CAROLO GOTHOFREDO

à Eich/ Hæreditario in Thurnaw/ Buchaw/ Peſten/ &c.

Patri Patriæ Eminentisſimo, Dn. Promotori ac Mecœnati meo munifico,

***Hancce Diſputationem Inauguralem,***

in debitæ ſubjectionis, obſervantiæ ac gratitudinis τεκμήριον, ac ulterioris Gratiæ & Promotionis ἑρμητήριον,

*ſubmiſſè*

offert, dicat, conſecrat

*AUTOR.*

100

Σὺν Θεῷ!

Προαύλιον.

DE FAMA diſputaturo, in ipſo ſtatim limine, *tum* Materiæ hujus ampliſſima dignitas, *tùm* etiam fertilis ejusdē utilitas, & utilis fertilitas, patentiſſimum ſcribendi campum ultrò offerunt & aperiunt; quem etiam paulò liberiori paſſu lubens pererrâſſem, ejusq; ſegetem luxuriantem integram, certis Methodi cujusdam finibus ac limitibus, pro virili, circumſcriptam & determinatam, prolixiori ſtylo hâc vice delineâſſem, niſi inopina temporis anguſtia, nec non cauſæ aliæ graviſſimæ & ſonticæ, partim heic loci non ita incognitæ, calamum manibus extorſiſſent. Proindè impræſentiarum *tantum* nonnulla *de FAMÆ Requiſitis*, carptim ex variis variorum Dd. invicem diſſentientium Opinionibus, *Auxilio Sanctæ Trinitatis Fretus*, ſeligam, & ventilanda in medium proponam, reliqua loco & tempori magis ἐυκαίρῳ relicturus. Sit ergò

THESIS I.

Variis † probationum generibus & modis FAMAM 1.
quoq; multifariè adminiculari, notius eſt, quàm ut pluribus, in veſtibulo, demonſtretur, ex ſeqq. etiam fuſiùs conſtabit.
Non † enim credibile eſt, illud prorſus abs re & de nihilo eſſe, 2.
quod communiter ore vulgi jactatur & aſſeritur, & multitudinis idē credentis ſententia, non videtur aſpernanda, *Marq.*
*Freb. tr. d. Fama lib. 1. c. 1. n. 3.* Concurrunt † enim præſumtio- 3.
nes, conjecturæ, teſtimonia de veritate, inſtrumenta, confeſſiones, probationes plenæ. Et hoc eſt, quod Dd. paſſim in-
culcant, † famam impinguare alias probationes, in tantùm, 4.

quod probatio conjuncta famæ, præfertur omnibus aliis,
5. *Freb.d.l.1.c.14.n.21.* (*f.73.*) CUM TAMEN *hæc ipſa Fama* † tàm
*varia* ſit & inconſtans, ut Prothei illius aut Vertumni inſtar,
nullis ferè vinculis conſtringi & comprehendi valeat, quin
6. aliquà elabatur; idq; non mirum: Cùm *cauſæ* † *ipſæ*, in quib9
fama pro probatione adhiberi poteſt, tàm *variæ* ſint & mul-
7. tiplices. *Aliæ* † namq; ſunt civiles, *aliæ* criminales. Et *in Ci-*
8. *vilibus*, † *aliæ* arduæ & graves, *aliæ* modicæ, *aliæ* antiquæ, *aliæ*
recentes, *aliæ* occultæ, ideoq; ad probandum difficiles, *aliæ*
apertæ, faciles & expeditæ. Ex quibus *famæ vis varia* facilè
colligi poteſt. Proindè hoc non ſemper attendentes quidam
Juris Interpretes & Dd. circa Definitionem, item qualitates,
requiſita, vim & effectum Famæ, in probando ποικίλως va-
riare, imò, ſæpè numero ſibi invicem è diametro contrariari
9. ſolent, dum † *nonnulli* fidem eidem planè ferè derogant, aut
exiguam nimis & ſecuri qs. Tenediâ apud Rhadamanthum
10. exaſciatam, tribuunt. *Alii* † è contra, plus æquo eandem ex-
tollunt, & Phaethonteâ quàd. temeritate audaci, quidvis ex
quovis, hâc freti, elicere ſeu potiùs extorquere conantur.
11. *Aliqui* enim dicunt: † Quod Fama plurimùm fallax & men-
dax ſit, & nec tum quidem, cùm aliquid veri aſſerit, ſine men-
dacii vitio ſit, *Tertull. in Apol. c. 7.* & refert *Tiraq. d poen. temp.
c.27. n. 4* Undè *Ovid. 9. Metamorph.*

*— Fama loquax, quæ veris addere falſa*
*Gaudet, & è minimo ſua per mendacia creſcit.*

Vide eund. 12. *Met.* Quanquam enim nonnunquam vera eſſe
poſſit, tamen plerumq;, ut Poëta ait, Malum eſt, quæ vires ac-
quirit eundo, & mẽdaciis ac conjecturis eorum, ad quos per-
venit, increſcere ſolet, Hinc Idem *Ovid* canit:

*Hi narrata ferunt alio, menſuraq; ficti*
Creſcit, *& auditis aliquid novus* adjicit autor.

Ut itaq; ex *Quintil. l. 5. Orat. Inſt. c. 3.* haud immeritò nonnul-
12. lis deſcribi videatur: † *Sermo* † *ſine ullo certo autore diſperſus,*
13. *cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas.* Et huc
alluſiſſe & quadrare videtur Muſa Maroniana *4. Æn.* exquiſi-
tis coloribus incertum *Famæ* autorem ſic deſcribens:

*Mox*

— *Mox ſeſe attollit in auras*
*Ingrediturq́ ſolo*, & caput *nubila* condit.

Sic aliquando † dicitur vox ad libidinem per adverſarium ef- 14.
fuſa, *in l. juſtiſſimos 3. C. d. off. Rect provinc.* † ut plurimùm vana, 15.
nec audienda, *l Decurionum. 12 §. 1. C. d. pœn.* utpote † per ma- 16.
lignantium aures artificiosè transmiſſa, & ad nocendum â
malevolis ſparſa, *Bertrand. conſil 26. n. 12. P. 1.* ut non immeri-
tò res † fragilis, pernicioſa, & â veritate ſæpè diſcordans, ab In-
terpp. adpelletur, *Afflict Deciſ. 178. n. 16.* adeò quidem, † ut *ne* 17.
*ſemiplenè* quidem valeat probare, ita *Gl. in c. Veniens. 10.* ver-
bo: *illorum. lit. 8 (f m. 690.) d. Teſtib.* & Dd. permulti. Imò,
† *alii* dicunt, quod fama *nullo modo* probet, ſed ſolùm proba- 18.
tiones jam factas confirmet, ut tenent *Jacob. de Arena, Andr.
d. Piſis, Jac. Butr.* & alii, quos cum ſuis locis adducere, angu-
ſtia chartæ prohibet. *E CONTRA*, Quod † Fama commu- 19.
niter ſeſe aptet rebus *veris*, vel vero proximis, quando habet
adminiculum præcedens, ex mente *Bl.* dicit *Alex. conſil. 88. n.
13. lib. 7.* Adeoq; † ſola probationem faciat *plenam*, prout 20.
latiſſimè deducit, & plures enumerat caſus *Freber. d. l. 1. c. 7.*
cum aliquot ſeqq. & horum caſuum octo etiam recenſet *Dec.
in c. 1. col. 4. verſ. famam. d. Appellat.* quem allegat *Mynſ. Cent.
5. Obſ 46. n. 6.* & alii plures, quos refert *Clarus in Pract. Crim.
lib. 5. § fi. Q. 21. pr. (p. m. 464. Edit. Lugd.) VICISSIM* Frehe-
rus *d. l. 1. c 7. n. 2. (f. 37.)* inquit: Fatendum eſt, † ad hanc *Q. AN* 21.
*Fama probet?* non poſſe abſolutè reſponderi, nec in alteru-
tram partem, ſine periculo, definiri. Et *num. 3.* teſtatur: † De 22.
illo inter omnes convenire, quod *plenam* probationem *non*
faciat, quantumvis ipſa legitimè & plenè probata fuerit. †. 23.
Caſibus *tamen* nonnullis exceptis. Aliàs † Famam *regulariter* 24.
probare dicit *præſumptivè*, arg. *c. illud. extra de præſumpt.* & onus
probandi transferre in adverſarium. *Nec* hoc quoq; ſemper,
*Idem d. c. 7. n. 7. fol. 38.*

II.

*PROINDE* per medium euntes Opinionum profundum,
exemplo Juſtiniani in *§. cum ergò. 7. fi. J. Quibus ex cauſ. man.
non lic.* illam calcabimus viam, † quæ media, adeoq; tutiſſima 25.

 erit,

erit,(*Major enim mediis gratia rebus ineſt*, *Ovid.* teſte) in Fo-
rum publicè producentes *Famam non* quamlibet *nudam*, ut
cum *Freb. d. c. 7. in fi.* loquar, *ſed* decenti adminiculantium
Requiſitorum ornatu *qs. veſtitam*, certoq; ſatellitio ſtipatam
& concomitatam.

III.

Antequam tamen progrediamur, unam atq; alteram
*FAMÆ deſcriptionem* præmittemus, ejusmodi ſcil. demon-
ſtrationis genere, cum M. Varrone, & plerisq; Juris noſtri
Definitoribus & definitione contenti, quod gr. τυπȣ̀ς & ὑπο-
γϱαφὰς magis, quàm ὁϱισμȣ̀ς vocant. Cujus enim rei in
Jure noſtro definitio non eſt periculoſa? *l. omnis. 201. d. R. J.*
Vide *infra n. 146.* Quid autem verè ſit fama, ex ſeqq. pateſcet
forſan melius, quàm ullâ definitione poſſit explicari. Deſcri-
26. „ ptio verò, quæ eſt Thomæ de Piperata, ita ſeſe habet: † *FAMA*
„ *EST, quod homines alicujus civitatis, caſtri, villæ, viciniæ, con-*
„ *tradæ ſive regionis communiter opinantur, æſtimant, vel ſentiunt,*
*verbis palàm aſſerendo, non tamen pro certo, vel vero, vel ma-*
*nifeſto.* Et hanc reliquis præfert *Marq. d. l. 1. c. 1. n. 3.* Lubet ta-
men & aliam adhuc, quæ eſt *Bartoli in l. de minore. 10. §. pluri-*
*mum. 5. n. 7. 8 & 9. (fol. m. 538.) ff. d. quæſt.* cum ſuâ ἐξηγήσει, me-
27. lioris intelligentiæ causâ, referre, quæ hæc eſt: † *FAMA EST*
*communis α. opinio, voce manifeſtata, β. ex ſuſpicione γ.*
*proveniens.*
28. *α.* Dicitur † *communis*, ad differentiam opinionis Sin-
gularis, *l. cum quidam. 30. §. Quod dicitur. 3 ff. d. acquir. hered.*
*L. Labeo. 7. §. fin. ff. d. ſupell. leg.* β. Quia aliàs non eſſet Fama,
ſed ſtaret in nomine Generis ſui, ſcil. Opinionis communis.
29. Nam † Quandoq; opinio communis manifeſtatur uſu, *d. §. fin.*
& rebus ipſis & factis, *l. de quibus 32. ff. de ll.* tunc non dicitur
30. fama, ſed æſtimatio, vel opinio communis. † *Fama* enim ſe-
cundum Hug. dicitur *â fando*, h. e. loquendo; (*vel* â gr.
Φημὴ, ἡ, ſermo, Φημὶ, Φαμαὶ, dico, denuncio, commemo-
ro. Hinc Φάσις, παϱὰ τὸ Φαίνειν, qs. apparitio, Item, dela-
tio certorum criminum, ſed καταχϱηστικῶς, omnium, &c.)
Undè,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-377090-p0008-1

Undè, niſi ſit locutio, non diceretur fama. Illud ergo, quod
dicunt multi Dd. quod † Fama & communis opinio, & com- 31.
munis æſtimatio ſunt idem, eſt verum, quando communis
opinio & communis æſtimatio voce manifeſtantur; aliàs ſe-
cus. v. Hoc dicitur ad differẽtiam *Manifeſti*. Nã, † ſi diceretur 32.
communiter aliquid, quod eſſet certum, & viſum à populo,
illud eſſet Manifeſtum, vel Notorium, non fama, *l. Cives. 11.*
*C. d. Appell. & l. ſi v 5. §. qui pro rei 1. ff. Qui ſatisd. cog.* Hæc Br.
d. l. De quibus liberum ſit cuiq; judicium. Vide tamen *infra*
*n. 145. & ſeq.* † *NOTORIUM* enim *EST* indubitata rei certitu- 33.
do, quæ ita ſe vulgo exhibet, ut negari non poſſit, *Bl. in l. Ea*
*quidam 7. n. 18. C. d. Accuſ. VEL, Eſt* † id, de quo à populo vel 34.
pleràq; ejus parte non dubitatur, quodq; propter evidentiam
rei, nullâ tergiverſatione cælari poteſt, quia ita eſt comper-
tum & exploratum, ut facilè per teſtes probari poſſet, ſecun-
dum *Specul. t. d. not. crim. §. jam de notor.* Weſ. *conſil. 13. n. 62. P. 1.*

IV.

Et *hoc* † iterum eſt *triplex: Aliud* eſt Notorium facti, 35.
*aliud* Juris, *aliud* Præſumtionis, de quibus omninò vide *Gl. not.*
*in C. Veſtra. 7. d. cohab. Cler. (col. m. 973.)* & Alb. de Gandino, *tr.*
*d. Malef. t. Qn. de maleſic. cognoſc. per tot. â fol. 347.* ubi plures
diſtinct. ponit & eleg. exemplificat, quem vide ſis. Item † *No-* 36.
*torium FACTI*, eſt *vel facti permanentis* ſive continui, quod
probationem non deſiderat, quia ſeipſum, ut modò dictum,
exhibet, nec occultari, vel ullo colore obfuſcari poteſt; *Vel*
eſt facti † *tranſeuntis* ſive momentanei, quod juxta receptio- 37.
rem Dd. ſententiam, probari debet. Hanc enim *differentiam*
*inter* Manifeſtum & Notorium conſtituunt; Quod *Notorium*
† ſit, quod omnibus ej9 loci, ubi contigit, hominibus, vel ſaltẽ 38.
majori parti conſtat, neq; ullo colore obtegitur: *Manifeſtum* † 39.
vero dicatur, quod probabili aliquâ excuſatione cõtegi pot-
eſt: Idq, regulariter in his rebus eſſe dicatur, quæ ſunt facti
tranſeuntis, exemplum eſt *in l. cives. 11. C. d. Appell.* & cum
ibi not. *Auth. Qui ſemel. C. Qm. & qn. Jud.* ubi proponens
Edicta, poteſt facere aliquid tranſire in notorium, quia ha-
bet cauſam permanentem; Sed vox Prætoris paucis innote-

ſcit, quia habet cauſam momentaneam, *Br. ad l. Ab accuſatione. 6. n. 3. (f. m. 524.) ff. ad Turpil.* Adde *Mynſ. Cent. 6. O. 3. per tot. & Dn. D.* Foman. Sen. *b. m. &c. Præcept. noſtrum etiam poſt cineres venerandum, in Prælect. ſuis publ. ad c. ſuper eo. 3. d. Teſt. cog. q. 7. cum præced. & ſeqq* (*quas tamen omnes, unà cum reliquis meis M. S. & lucubrationibus in favillas, cum ingenti ſtudiorum meorum jacturâ, abiiſſe, non ſine gemitu recordor. &c.*)

V.

40. Hiſce annectimus porrò, quod † *FAMA*, ſit vocab. μέσον & ſumatur dupliciter: *In bonâ parte: Fama Hominis vel de homine*, eſt illæſæ dignitatis ſtatus, & vitâ & moribus comprobatus, *l. Cognitionum. 5. §. 1. d. var. & extraord. cogn.* Et
41. qui † talem famam negligit, crudelis eſt, *c. Nolo. 10. 12. q. 1. & Gl. eleg. ad d. c. Veſtra 7 verb. Notorium, lit. n. (f. m. 972. in fin)*
42. † Eſt enim theſaurus inæſtimabilis, & ſicut lilium dans ſuavi-
43. tatem odoris, *Rol. à Valle conſil. 98 n 49. vol. 4. (f. 316.)* † quam homo pluris facere debet, quàm omnia bona, *l Julianus. 26. ff. Si quis om. cauſa.* vel oculos ſuos, *l. Infamia 8. C D. Decur. IN malâ parte* dicitur, *Infamia*, de quibus in *t. d. his qui not. infam. ff & C.* Vocatur item diffamatio. Vel ut *Br in d. l. de mino-*
44. *re. 10. § plurimum. 5. n. 5. & 6 f. 537. d. quæſt.* diſtinguit: † *Fama* †
45. *inter homines eſt duplex:* Nam † *quædam* eſt Fama † *de u-*
46. *no homine in genere* bonitatis, vel malitiæ, quod ſit bonus,
47. vel malus, fur vel latro, &c. & de iſtâ famâ loquitur *L. Capitolium. 28. §. Famoſos. pen ff. d. pœn. & L. Non omnes. 5. §. à bar-*
48. *baris. 6. ff d. R. milit.* cum ſim. † *Quædam* eſt Fama † *de aliquo*
49. *facto particulari*, ut, quod tale quid ſit, vel non; de quâ loquitur *l. 3. §. Ejusdem. 2. ff. d. Teſtib.* & alia jura multa. † Et *hæc*
50. *rurſus VEL* ſimplex & nuda, *vel* vehemens & probabilis.
51. Quæ † verò ſit & dicatur talis, paucis explicari non poteſt, ideoq; relinquitur arbitrio Magiſtratus vel Judicis, *Freb. d. l. 1. c. 11. n. fin.* Et de iſtis duabus in ſeqq. videbimus. Adde *Maſc. concluſ. 748. VEL*, ut idem *Freb. c. 3. n. 11. cum ſeqq.* inquit:
52. Fama † procedit *VEL* ex renunciatione & aſſertione aliquarũ perſonarum, *VEL* ex actu aliquo, qui famam creavit, *VEL* ex ſuſpicione & conjecturis.

VI. Præ-

VI.

Præterea not. Quod † *FAMA & RUMOR* differant. † 53.
Quia *FAMA propriè eſt*, quando tota civitas ſeu vicinia, vel 54.
major pars clamat, *Abb. in c. ſuper eo. 5. De eo, qui cogn. conſang.
ux. & alii*, ac debet eſſe conſona veritati: alias non eſt fama,
ſed Rumor, *Bl. conſil. 438 n. 10. verſ. Reſtat. lib. 5.* RUMOR, † 55.
quando aliqua pars clamat, *Bonifac. d. Vitellin. in tr. d. Maleſ.
Rubr. de Rum.* (*f. m. 54. col. 1.*) & ita minus importat, quia eſt
particularis aſſertio, ſeu varia quædam, & dubia paucorum
ſuſurratio, ex incerto autore, & absq; cauſa probabili, ex ſolâ ſuſpicione recenter proveniens; nec requiritur, quod ab
omnibus, vel majori parte communiter & publicè dicatur,
*Alb. d. Gandino tr. d. Maleſ. t. d. Rum. occult. & maniſ. n. 1. & 2.
fol. m. 346. col. 4.* Alex. *conſil. 115. Viſo themate. in fin. n. 16. verſ.
Quia rumor. lib. 4.* Quò reſpexit *Cic. cum lib. 12. Ep. fam. 10. ad*
C. Caſſ. ſcribit: Nos de Dolabella, quæ volumus, audivimus,
ſed adhuc ſine capite, ſine autore, rumore nuntio. Et *Corn.
Fronto Gram.* ait † *Opinio* oſtendit, *Fama* indicat, *Rumor* tu- 56.
multuatur. Derivatur † *Rumor* â ῥημᾶ, i. e. dictum, verbum, 57.
quod juxta proprietatem Hebr. ſermonis dicitur res nova,
quæ rumore divulgatur, ut *Lucæ c. 2.* καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ
γεγονὸς &c. Sed calame quò excurris? in orbitam redi! Itaq;
tandem εἰς τὴν ἰδίαν χώραν τρέχω, Famæ ſcil. *Requiſita*.

VII.

Ut igitur *FAMA* probantem relevet (1.) omnium, *ratione ejus Originis*, † neceſſarium eſt, ut fama non ſit procurata 58.
& immiſſa ab eo, qui eam allegat ad ſui excuſationem, vel quē
alium effectum, in ſui ipſius favorem, propriamq; utilitatem
tendentem, *arg. l. Miles. 11. §. pen. ff. d. Adult. ibiq;* Br. *latiſs.* & quæ
not. *in c. cum in juv. 15. d. præſumt.* Cum † regulariter nulla ex- 59.
cuſatio affectata relevet, *l. qui cōtra. 4 C. d. inceſt. & inutil. nupt.
§. Item 3. J. d. Exc. tut. cum ſim.* & omnis affectatio ſive procuratio ſuſpecta meritò ſit, *l. Ex ſententia. 29. ff. d. Teſtam. tut.*
Hinc teſtes † ejusmodi diffamationem non probant, ſi dicant, 60.
audiviſſe ab illâ perſonâ, in quam delictum eſt commiſſum.
Plerumq; † autem ut *Fabius* dicit, *lib. 5. Inſt. Or. c. 7.* hi, qui de 61.

fama teſtificantur, de auditu loquuntur, & injuriatorum vo-
ces audiunt, quibus quidem injuriâ affectis nulla adhibetur
62. fides. Itaq; † ſicut illis ipſis in propriâ cauſa deponentibus nõ
crederetur: *l. omnibus 10. C. d. Teſt. L. Nullus. 10 ff. eod.* Ita credi
63. non poteſt teſtibus dicentibus, ſe ab eis audiviſſe, Quia † teſti-
bus non creditur, quorum repelluntur autores, tx. *in cap. licet*
64. *ex quâdam. 47. d. Teſt. cum ſim.* Eſſet † enim abſurdum, ſi non
creditur originali, credi ejus copiæ, *c. 1. extra d. fide inſtr.* Ab †
65. aliis igitur hominibus debet fama proficiſci; *nec tamen* â qui-
buslibet indiſtinctè. Hine,

VIII.

66. (2.) *Ratione modi probandi*, requiritur, † ut perſonæ,
â quibus famam ſuam originem traxiſſe teſtes ferunt, ſint fi-
de digni & inculpabiles, ac opinionis bonæ, contra quos ni-
hil excipi poſſit, *l. cum pater. 77. §. rogo. 25. ff. d. leg. 2. l. fin. ff. d. fi-
de inſtr. c. ſi teſtes. 3. 4. q. 3.* latè *Albert. de Gandino tr. d. Malefic.
tit. A quo vel â quibus n. 8. & 9. (fol. m. 336.)* & *t. Qui ad famã
prob. &c. n. 13. (f. 339. col. 1.)* Cravetta *cõſil. 41. n. 1. vol. 1.* & plures
67. alii. † Si enim fama fabricata eſſet â perſonis non fide dignis,
malevolis, æmulis & infeſtis illi, contra quem fama allegatur,
*l. ſi quis. 17. C. d. Teſt.* tunc non probaret, *cap. cum in juvent. 12. ex-
tra d. purg. Can.* Freh. *d. l. 1. c. 3. n. 4. (fol. 8)* Weſenb. *conſil. 13. n.
64.* Quia talis fama eſt irregularis. Et † in caſibus, in quibus
68. requiruntur teſtes opinionis bonæ, illa qualitas debet articu-
lari & probari, uti *ex Br. in l. 1. §. ſi quis neget. fin. ff. Quẽadm. teſt.
aper.* & aliis probat Rol. â Vall. *conſil. 3. n. 56.* Confirmatur iſta
opinio ex *not. per Archid. in c. Conſanguineos. 2. 35. q. 6.* ubi di-
69. cit: Quod ad hoc, † ut fama ſuppleat defectum alterius pro-
bationis, eſt probanda per teſtes diſcretos & bonæ famæ, &
non per mulierculas (idq; forſan ratione inſtabilitatis, quam
per ſe habent, ut notanter dicit *Bl. in l. fin. ff. d. fid. inſtr.* quem
ſequũtur alii ap. *Rol. n. 57.* relati. Vide tamen *infra n. 84.*) nec
viles homines, *d. c. licet ex quâdam. 47.* uti nec pueros, aut ſer-
vos; ſed viros tantùm & quidem honeſtiores, ut dixi, quique
alicujus ſunt autoritatis, *L. Municipibus 97. ff. ad Munic.* † Male-
70. dicis enim non creditur, Quia ex quo conſueverunt maledi-
cere,

cere, non eſt amplius eis credendum, *tx. in l. ſi cui. 7. §. ſi tamẽ 3.*
*ff. d. Accuſ.* † Eâdem igitur ratione dicendum eſt, ut perjuris nõ 71.
ſit credendũ, *c. cum oporteat. 19 d. Accuſ. c. Teſtimonium. 54. &*
*ibi Dd. d. Teſt.* Quia utroq; caſu eadem militat ratio, defectus † 72.
nimirũ fidei, quod eſt fundamentũ teſtimonii, *Rol. â Valle conſ.*
*16 n. 10. Vol. 1.* (*f. 95.*) Quod tamen † *Br. in d. §. plurimum. n. 15.* 73.
(*f. 538.*) intelligit, Quando fama habet originem *ſolùm* ex *di-*
*cto* vel relatione perſonarum: Quia populus ideò credit, &
ideò dicit, quoniam tales dixerũt. Tum enim oportet illos au-
tores eſſe tales, quibus debeat fides adhiberi, ut non repro-
bentur eorum perſonæ, *l. ſi quis Decurio. 21. C. d. falſ. l. Munici-*
*palibus 97 ff. ad Munic.* Freh. *d. c. 3 n. 11.* (*f. 10.*) Sed, † Quando fa- 74.
ma originem haberet *ab* aliquo *actu alio*, quàm â dicto perſo-
narũ, tunc ſecus ſeſe habet, ut *infra n. 80.* & ſeqq. dicetur, Ali-
ter *Alb. d. Gand d. tr. t. Qualis & quant. ſit famæ eff. n. 20. fol. 340.*
*col. 1.* Quin imò, † Quod hoc caſu teſtes teneantur deponere 75.
de perſonis ἀξιοπίστοις, â quibus audiverunt, *etiam* non inter-
rogati, cum primis in criminalibus, tradunt Br. & Bl. *in l.*
*ſola. 4. C. d. Teſt.* Clarus *in Pr. Crim. Q. 6. verſ. ſed, quid ſi.* †. Nec 76.
ſtatur arbitrio Teſtis, dicentis, quod illi ſint πιστότατοι καὶ ἀξιο-
τεκμάρτοι ſeu fide digni, â quibus ipſe audivit; Cum hoc ſit
judicare, non, teſtimonium dare vel dicere, *Curt. Jun. in l. Ad-*
*monendi. 31 n. 284 ff. d Jurej.* Rol. â Vall. *d. conſil. 3. n. 51. vol. 1.*
Quia, † An ſint boni & graves, vel non; ſpectat ad officiũ Judi- 77.
cis, *Tuſch. Pract. concl. 64. n. 16. Tom. 3.* Et ita ſervari, *ex* Innoc.
& Andr. *ad d. c. Cum oporteat, 19 d. Accuſ.* dicit Rol. â Vall. *conſ.*
*54. n. 17. Vol. 1.* Deniq; † non ſufficit, quod Teſtis dicat, ſe au- 78.
diviſſe ab aliquo, *Dec. conſil. 429 n. 19. & 20.* Natta *conſ. 18. n. 12.*
*ATTENDE* tamen hâc in re unum memoratu dignum; *Quã-*
*vis* † Fama originem habere debeat, â perſonis honeſtis & 79.
non ſuſpectis, ut ſupra dictum; *tamen*, ſi non conſtat, â quibus
originem traxerit, & pro Fama extet aliqua veriſimilis con-
jectura, *in dubio*, propter hanc veriſimilem conject. famæ an-
nexam, juris interpretatione cenſetur â perſonis honeſtis ori-
ginem habuiſſe, ita inquit *Aretinus in conſil. 73. col. pen.* citat
*Bl. in l. ea quidem. 7. C. de Accuſ.* & utrumq; Brederod. *in Addit.*

*ad Br.in l.3.§.Ejusd.2 ff. d. Teſtib.lit.b.verſ. Quæro, qualiter (f. m. 470.)*

80. Prædicta *LIMITA*, † *NISI* agatur de re turpi. Nam eo caſu, non eſſet contemnenda fama, quæ ortum haberet à turpibus perſonis, putà ſi agatur de re commiſsâ in lupanari, poterit oriri fama à meretricibus & lenonibus, non autem à Dd.
81. vel Equitibus, qui non ſolent ibi converſari. † Sic etiam, ſi agatur de chartis vel taxillis falſis, poterit fama ortum habere à luſoribus & barris, (quos *Salyc.* baraterios publicos, i.e. teſſararios improbos nominat, teſtante *Freh. d. c.3. n.9. f 9*) & non erit per judicem contemnenda, inquit *Clarus d. Q.6. verſ. Amplius, ante fi. (p. 418.)* argumento eſſe poteſt *l. Quotiens 3. C. de Naufrag.* Vide Tuſch. *d. Tom.3. concl.64. n.17. (f. 331.) & concl.65. n. 6.* Idem ſentire videtur *Br. ad d. §. plur. n.15.*
82. *(f.538.)* dicens: Fama † ortum habere poteſt, etiam à vilib9 perſonis, quando originem habet ab alio actu, quàm â dicto perſonarum, ut *ſupra n.73. & 74.* attactum. Et notabiliter di-
83. cit *Aretin. conſ.77. col.5.* Quod † quando originem haberet à facto *viriſimili*, vel in ſenſus incurrente, ex quo quilibet credere poterat; nihil opus eſſe diſpicere, utrum fama à cer-
84. tis & honeſtis perſonis orta ſit. † *LIMITATUR* item, quod *ſupra n.69.* dictum, in iſtis, quæ mulieres potiſſimum concernunt; ut ſi quæratur, de peritiâ & induſtriâ alicujus obſtetricis, vel an aliqua ſit prægnans, &c. His enim & ſimilibus caſibus ſufficit Famam eſſe inter mulieres, quæ converſantur, *l. cum quidam 30. §. quod dicitur.3. de acq. her. arg. l.1. de ventr. inſp.*

IX.

85. Porrò (3.) Neceſſarium *videtur*, † ut Teſtis deponat, ſe *à majori parte populi* iſtius loci, quo fama ortum originemque duxit, audiviſſe, *arg. l. Quod major.19. ad Munic. L. Aliud.160. §. refertur.1 ff. d. R.J.* Et hæc eſt opinio Br. *in d. l. de minore 10. §. plurimum 5. n.14. & 19 (fol.m.534.) d. Qq. & in l.3. § Ejusd.2. ff. d. Teſt. (f.470.)* ejusq; ſequacium plurium, *Rol. à Vall. conſ.3. n.54. vol.1. & conſ.49. n.49. vol.4. (f.181.)* cum multis ibid.
86. allegatis. *Mynſing. Cent.5. Obſ.46 n.3.* &c. Ac † licet nonnulli ex ipſis teſtibus dicant, quod *publicè* dicatur, tamen hoc

non

non relevat ad probationem famæ. Quia unus ſolus potuiſ-
ſet publicè dicere in corona hominum, putà, foro differto, &
ἐν ἀγορᾷ πληθόντος ὄχλου jactare vel ſpargere, quod tamen
famam eſſe, nemo ſanus dixerit, ita *Br. d. lo. cum ſuis aſſeclis*. Im-
mò, † non concludere dictum teſtis volunt, qui dicit: ſe mil- 87.
libus vicibꝰ & ultrà, publicè audiviſſe â multis & diverſis per-
ſonis; Cùm non deponat, quod audiverit â majori parte ho-
minum: † Cùm duæ vel tres perſonæ dicantur multæ, §. *fin.* 88.
*J. d. Jure perſon. l. 1. §. Hoc reſcriptum. 29. cum gl. & ibid. Br. ff. ad
Sillan.* Vndè cùm potuerit hoc audire ab uno quadraginta
vicibus, & ab alio totidem vicibus, vel duobus, non ſufficit
tale dictum ad probat. publicæ famæ, prout de jure accipitur
vox publica. E. *Rol. â Vall. conſil. 54. n. 20. vol. 1.* Brederod. *in
Addit. ad Br. in d. § Ejusd. 2. ff. d. Teſt. lit. e. verb. Solus homo. (f. m.
470. col. 2.)* Tuſchus *Pr. concl. 64. n. 20. 26. 37. 46. Tom. 3.*

A qua tamen diſcedunt † alii, dicentes: hanc opin. *Br.* 89.
eſſe nimis aſperam, & ſi teneretur in Practica, vix reperiretur
ex mille teſtibus unus, qui rectè ſuper famâ publ. deponeret,
*Freb. d. l. 1. c. 6. n. 26.* Et ideo Baldus in *c. literas. 14. n. 2. d. præ-
ſumpt.* tenuit totum oppoſitum, ſcil. *NON* † opus eſſe, ut Te- 90.
ſtis deponat 1. ſe â majori populi parte audiviſſe, & 2. â quo
audiverit; Sed ſufficere ad famæ probationem, ſi dicat: ſe ita
publicè dici audiviſſe. Et rectè. Prout prædictas limit. refert
& multis autoritatibus confirmat *Bl. d. l. Farinac. d. Indic. &
tort. Q. 47. n. 217. 227. 235. & 257.* Tuſchus *d. côcl. 46. n. 39. (f. 332.)*
*ET* hanc † contrariam Baldi opin. communiter in Praxi ma- 91.
gis ſervari, affirmat Caſſador. *Deciſ. 3. Maxime. n. 7. d. probat.*
& poſt eum, ita ſervari in Curiâ Rom. atteſtatur Paris. *conſil.
52. in fin. Vol 3.* eamq; † in judicando, omnibus aliis Curiis ſe- 92.
quendam eſſe, monet Calcanus *conſil. 4. n. 11.* & poſt alios *Cla-
rus in d. § fin. Q. 6. n. 14. verſ. Debent etiam dicere. in fin.* ubi dicit: "
Apud nos etiam indiſtinctè ſervatur opinio Bl. contra Br. & "
ille Advocatus, qui nollet ſuper hoc inſiſtere, reputaretur ca- "
villoſus, & procul dubio ſuccumberet. Unde † Famam *duo-* 93.
*bus* ſaltem *Teſtibus*, majorem populi partem ita ſentire &
dicere, probari poſſe, ſtatuit *Gl. in d. l. 3. §. 2. In verb. conſentiens*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-377090-p0015-0

*fama confirmat. ff. de Teſtib.* Socin. *in d. c. qualiter & qu. n.*
*532. de Accuſ.* per text. not. *in l. 1. in fi. & l. ubi numerus. 12. ff. de*
*Teſt. l. 207. §. 1. d. V. S.* Weſ. *conſ. 13. n. 61. P. 1. (f. 319)* Arn. de
94. Reyg. *in Theſ. Jur. verb. Fama. n. 19. (f. 974)* Et † in hoc o-
mnes concordant ſecundum Alber. *in l. Ea quidem. 7. n. 24.*
95. *C. de Accuſ.* Cum † in ore duorum ſtet omne verbum, *Deut.*
*19. v. 15. & alibi.* Hanc quoq; magis communem dicit *Tuſchus*
96. *d. concl. n. 52.* † *NISI* per formam Statuti plures requirantur
teſtes, quàm duo, uti ex *Phil. Corn.* refert & approbat *Freb. d.*
97. *l. 1. c. 5. n. 14. & fi.* Quod † per duos teſtes ad minimum fa-
98. ma probari debeat, per 10. ad ſummum. Addit tamen: † Si
quis me conſulat, quot teſtes producere ad famæ probationẽ
expediat, equidem conſuluero, ut quàm poſſit plurimos pro-
ducat. Nam inter hos vix unus & alter erit, qui de fama ido-
99. neè deponat. (*fol. 21.*) † Cum uno ſanè teſte probata fama,
100. non probationem, ſed nudam præſumtionem facit. † Per-
petuum enim eſt, quod traditur in *c. Indicas. 14. 3. q. 9.* uni te-
ſti, ad diſcrimen alterius credi non poſſe, præſertim in Cri-
101. minalibus, &c. *Freb. d. c. 5. n. 12.* Verùm, quod ad duos † te-
ſtes attinet, dicit *Weſenb.* hoc accipiendum eſſe, de obſervan-
tiâ Fori *Canonici*, non etiam de Foro *Civili*, ubi obſervatur
communis opinio Br. *conſ. 13. n. 63. P. 1. cum adductis* aliis.
102. Tandem hîc *diſting.* † inter famæ *Conſtitutionem*, & fa-
mæ jam conſtitutæ *probationem*, quæ ſæpè videntur à non-
nullis confundi.

X.

(4.) Inſuper opus eſt, ut † teſtis de fama deponens,
103. *NOMINA* eorum exprimat, à quibus ſe audiviſſe dicit id, de
quo deponit, eſſe publicam vocem & famam, quemadmodũ
& in teſtimonio de auditu, *d. c. Licet ex quadã. 47. ext. de Teſt. cir.*
104. *fi.* aliàs † non relevat fama *ſimpliciter* probata, Inn. *in d. c. qua-*
*liter & qu. 24. n. 1. & . 5. de Accuſ.* quem ſequuntur communiter
Dd. ubique, teſte Claro *d. Q. 6. verſ. Amplius eſſe debent (p.*
*417.)* Rol. à Valle *conſ. 3. n. 51. vol. 1.* Mynſ. *Cent. 5. O. 46. n. 2.*
Br. *in d. §. plurim. n. 23. (fol. 540.)* Dec. *conſ. 37. n. 10.* Plures
105. vide apud *Reyg. in Theſ. jur. t. Fama. n. 45.* Sed quid, † ſi ſuper
hoc non ſit interrogatus? Reſp. Quod adhuc debet nomina-

re,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-377090-p0016-5

re eos, à quibus audivit, ut poſſit judex perpendere ex eorum qualitate, quanta ſit illis fides adhibenda. Et ita ſervari, atteſtatur *Joh. And. in d. c. cum oporteat. 19. d. Accuſ.* quem cum aliis refert Clarus *all. l. verſ. ſed quid ſi. &c.* & utrum fama à malevolis, an à fide dignis ortum habuerit, *Br. d. l.* Weſ. *conſ. 13. n. 61. P. 1. & alii ſupra all.* Hoc tamen † *LIMITANDUM* nonnullis 106.
videtur illo caſu, quando communis fama ex evidentiſſimis conjecturis & cauſis originem traxit, tunc famæ Autores laudare vel nominare non opus eſſe, prout voluit *Menoch. d. præ-* 107.
*ſumt. lib. 1. q. 89. n. 34.* & alii; ut quando † fama in continenti & ſtatim, commiſſo maleficio contra aliquem exoritur, tunc eidem crimini ineſſe videtur, *arg. l. Quod ait. 23 ff. d. Adult. l. 3. §. Eum igitur. 9 ff. d vi & vi armat.* Maſc. *d. probat. concl 754. n. 11.* Adde infra *n. 135. & ſeq.* Item, Non † valeret 108.
dictum Teſtis, qui diceret, *ſe non recordari*, à quo audiverit, Br. *d. §. plurim. n. 23.* ſequitur ibi *Marſ. n. 43.* qui conſuluit,
† ut teſtis nominet aliquem, & poſteà dicat: audivi etiam à 109.
pluribus, de quibus non recordor. Nam, non † debet de his 110.
omnibus recordari; Cum memoria hominum ſit labilis, *l. peregrè. 44. ff. d. acq. poſſ.* Item, † Quando teſtis dicit, ſe non 111.
recordari *in ſpecie*, non probat famam, *etiamſi* prius dixiſſet, ſe audiviſſe, à majori populi parte, *Alex. conſ. 212 n. 20. lib. 6.*

XI.

Præterea (5) † Neceſſarium eſt, ut Famam probaturus, 112.
juſtas aliquas, veriſimiles, & legitimas *cauſas*, ex quibus populus jure moveri & impelli potuerit, ad ſic credendum, exprimat, & expreſsè, *etiam* † non interrogatus, nominet, *Br.* 113.
*in d. § plur. n. 21. (f. 540.)* Breder. *in add. ad eund. in d. l. 3. §. 2. lit. c. verſ. Fama probetur. ff. d. Teſt. (f. 470.)* Rol. à Vall. *d. cōſ. 3. n. 50. vol. 1.* Mynſ. *d. Cent. 5. O. 46. n. 4.* & alii multi. Debet
† enim fama ſubnixa eſſe aliquâ conjecturâ idoneâ, non nu- 114.
dâ, *Bl. conſ. 122.* & Jaſ. *conſ. 2. col. 10. lib. 2.* ubi dicit: Quod
fama † ſola, eſt quoddã ſomnium & rumor inanis, qui ſæpè 115.
à veritate diſcordat. *Licet* enim † teſtis aliàs non debeat eſ- 116.
ſe verboſus, nec ultrò rationem aſſignare teneatur, *l. ſolam 4. ibiq. Dd. C. de Teſtib. Tamen* † in his, quæ ſunt juris, quæ di- 117.
recto

rectò non cadunt in ſenſum teſtis, ut probatione famæ publ., tenetur ultrò, non interrogatus, addere rationem ſui dicti ſufficientem, inquit Curt. Sen. *in cõſ. 82. col. pen.* Phil. de Franchis Peruſin. *in Lecturâ ad c. 1. d. Appell. f. m. 5. col 3. poſt med.*
118. eaq; † per ſe cõcludere debet, *Rol. à Vall. conſ. 82. n. 32. V. 2. (f.*
119. *295.)* & † ſi fama orta eſſet à cauſa in jure improbata, diceretur
120. irrationabilis, *Crav. conſ. 260. n. 7. Nec* † n. ſufficeret, teſtem dicere: *Quoniã ſcio*, vel, *quoniam audivi. Nam* talia ſunt idẽ
121. cum dicto. Cauſa † autem ſcientiæ, ut probet, debet ſeparata eſſe à dicto, *Weſ. conſ. 13. n. 61. & 65. T. 1. (f. 320.)* e. g. De fama mortis alicujus: Quia intravit mare, & ſequutâ tempeſtate, amplius non eſt viſus, nec navis reperta. *Item*, ſi erat in bello, conflictu ſecuto, &c. & ſic de ſimil. *Tuſchus d. concl. 64. n. 28.* Aliàs non eſſet fama, ſed vana vox populi, quæ non audienda, *l. Decurionum. 12. §. 1. C. d. pæn.* Itaque, ut
122. modò dictum, de † his, quæ ſenſu corporis percipiuntur *regulariter* deponere debet, *Philip. de Franchis in d. Lect. ad c.*
123. *conſuluit. 14. de Appell. (f. m. 36. col. 4.)* Quia ipſa † fama, nulla aliâ, quàm auditus probatione nititur, cum ſit vox cõmu-
124. nis omnium, *ut ſuprà.* † Vox enim non, niſi aurium ſenſu percipitur. Lingua vocem edit, hinc famam excipiunt aures, uti ex *Reubero* notat *Freh. d. l. 1. c. 6. n. 14. f. 26.* Clarus *d. Q. 6. verſ. Illud.* Et in hoc omnes concordant, ut dicit Cornæus *conſ. 233. in lit. D. lib. 2.* Hanc etiam dicit eſſe communem opinionem *Simancas d. hæret. c. 63. n. 26.* à Claro *d. l.* adductus.

XII.

115. (6.) *Ratione Temporis*, Nemo non videt, † ante factum vel crimen commiſſum, famam eſſe non poſſe, ſed poſt factum demum, temporis intervallo non adeò longo interpoſito. Nam teſte Virgilio *8 Æneid.*

*Fama volat parvam ſubito vulgata per urbem, &c.*

126. Illud tamen non otioſè quæritur, † *Utrum fama debeat præcedere litem, an ſufficiat, ſi lite pendente naſcatur?* Et Reſp. pleriq;, neceſſe eſſe, fama quod præceſſerit, ad hoc, ut probet. Poſt litem enim motam, præſumitur locutio talis ex lite oborta,

Panor-

*Panorm. in c. licet ex quad. 47. extra d. Teſtibus.* Quia † actus & 127.
proceſſus, nedum famam, quæ minus eſt, cauſare, verum,
etiam, quod plus eſt, notorium facere poſſunt, *tx. in c. fin. d.*
*cohab. Cler.* Freh. *d. c. 3. n. 17. ubi lim.* Item requirunt † Dd. 128.
ut probaturus aliquid ex Fama, *Tempus* illius deſcribat, eamq;
*ante* Inquiſitionem inſtitutam emanâſſe ac ſparſam fuiſſe in
articulis proponat, *per tx. in c. Cum oporteat. 19. ibi: Niſi fa-*
*mam iſtius læſam eſſe noveritis, vos ad inquiſitionem illorum non*
*ſubitò procedatis, d. Accuſ. & ibi Gl. lit. e.* (*col. m. 1526.*) Mynſ.
*Cent. 5. O. 46. n. 5. cum alleg. ibid.* aliique perplures. Ratio ſu-
perioris † Cum talis diffamatio (ſic enim in crim. plerumque 129.
vocatur) ſuccedat loco accuſationis, ut tenent Canoniſtæ
communiter, *in c. qual. & qn. 17 d. Accuſ.* Quin imò, † dici 130.
ſolet, Quod *de jure communi*, ad hoc, ut poſſit procedi ex of-
ficio, ſive per viam *Inquiſitionis*, requiratur, ut præcedat diffa-
matio Rei de crimine, pro quo Judex contra eum procedere
intendit. Et hoc etiam ſonant verba illa, quæ ſolent in Inqui-
ſitionibus apponi: *Famâ publ. præcedente &c.* Et † hæc eſt 131.
communis ſententia Dd. ut teſtatur Hieron. Chacalon. Hiſp.
*in Addit. ad* Ang. *d. Maleſic.* in verb. *Hæc eſt quædam inquiſitio.*
*poſt n. 68.* (*fol. m. 14.*) & de jure verior. Et quidem, † quod e- 132.
jusmodi fama *ſæpè* aſcêderit ad aures Judicis, quæ *clamoſa In-*
*ſinuatio vocatur*; idq; iterum Inquiſitionis verba importare
videntur hæc: *Et clamoſâ inſinuatione ſubſeq. non tantùm*
*ſemel, ſed & ſæpè & ſæpius &c. Freh. c. 11. n. 11.* (*fol. 57.*) Quan- „
quam † totum *contrarium* doceat Practica, quæ communiter „ 133.
obſervatur, ut pluribus diducit Clarus *Pr. Cr. lib. 5. §. fin. Q. 6.*
*in pr.* & verſ. *ſed retentâ communi concl.* (*p. m. 413. col. 1.*) & *Q. 31.*
*verſ. Famâ pub præced. cir. fin. ibi*: Sed certè neq; hoc ſervatur „
in Practicâ. Nam ſtante generali conſuetudine, quod ex „
omni delicto poſſit inquiri, hæ Informationes ſuper diffama- „
tione amplius non ſunt in uſu, Quia ſemper ferè aliquo mo- „
do contingit aperiri viam Judici ad inquirendum abſq; dif- „
famatione &c. (*p. m. 511. col. 1.*) Item, † Fama poteſt habere ori- 134.
ginem ex tempore commiſſi fragrantis criminis, aut in con-
tinenti poſt commiſſum maleficium: ideoq; † orta illis tem- 135

poribus fama, illi crimini ineſſe videtur, & ipſius pars & ſequela cenſetur. Vide *ſupra n.107.* Cùm ea, † quæ in continenti fiunt & præcedunt, videantur ineſſe, & qs. fermè unum reputantur, *l. ſi quis ad ſe fundum.7.C. ad L. Jul. de vi.* Albert. d. Gand. *d. Malef. ad verba: A quo vel â quibus n.10. fol.337.* Item,

136.

137. † *ante* accuſationem, & *poſt* accuſ., ſecundum quod manifeſtatur cauſa, ex quâ populus, vel vicinia in ſuſpicionem & credulitatem deducitur, ex quâ poſtea credulitate dicunt, quod dictum vocatur Fama. Et hoc exemplis eleganter declarat *Br. ad ſæpè d.§. plurim. n.17.* (*fol.539.*) Sicuti † nec ex eo vitiatur Famæ probatio, ſi teſtes diverſificant in tempore, quia unus audivit tali die, & alius dicit de aliâ die, *l. ob carmen. 21. §. fin. ff. d. Teſtib.* Imò, † etiam plerumq; fit, ut utrumq; teſtimonium verum eſſe poſſit, præſertim in actu iterabili, *c. cum Tu. 16. d. Teſtib.* Freh. *c. 6. n.38. & n. 44. NISI* tamen inducantur Teſtes ad probandum aliquod factum certo tempore limitatum, *Br. ad h. §. fin. n.2. lit. b.* (*fol. 473.*) Sed quid, † Si probata eſt fama, ab unâ parte commiſſi maleficii, *uno* tempore, ab aliâ parte eſt probata fama innocentiæ *alio* tempore? Reſp. Fama eſt ex opinione, ut ſuprà dict. Sed opinio poteſt mutari, & prævalet ultima, *l. Qui bona. 13. §. ſi quis ſtipulaturus. 12. ff. d. Damno infe.* Et ita hic prævalebit ultima; & eſt caſus in *l. Utile. 2. pr. ff. Quis ordo in poſſ. ſerv.*

138.

139.

"

Q

140.

XIII.

141. Ulterius (7.) exigitur à nonnullis, ut † teſtes ſuper Fama deponentes ſciant, *Quid ſit Fama?* Si enim interrogentur, Quid ſit fama? & reſpondeant; ſe neſcire; nihil probant. Ille † enim *propriè* dicitur habere notitiam rei, qui cognoſcit naturam & quoscunq; effectus ejus, *Andr. in c. Nam concupiſcentiam. 4. col. 2. d. Conſtitut.* Et hæc eſt ommunis opinio, ut dicit *Marſil. d. §. plur. n. 104. & ſeq.* Similiter † de quidditate Famæ interrogatus, per actus facti non probat, ex mente *Arn. de Reyger in Theſ. Jur. t. Fama. n. 25.* (*fol. 975.*) *Tom. 1.* Uti † nec eo caſu, Quando teſtes interrogati, Quomodo intelligant illam eſſe publicam vocem & famam? Reſpondent, illam eſſe, quando per plures perſonas dicitur de ali-

142.

143.

144.

aliqua re. Tunc enim ejuſmodi ratio nil valet; Cùm non appareat, eos accipere famam prout eſt, & non intelligant, Quid ſit fama, de qua deponunt. Ita Specul. *in tit. de Teſtib. §. An de interrogat. verſ. Item ſuper tertio.* quem cum Br. & Bl. *in l. 1. ff. ſi cert. pet.* adducit Rol. à Vall. *in conſ. 54. n. 21. Vol. 1.* Sequitur Brederod. *in Add. ad Br. in d. l. 3. §. 2. n. 2. lit. d. verſ. pars pop. (f. 470. col. 2.) ff. de Teſt.* & alii permulti, relati à Freh. *d. c. 6. n. 7.* ubi tamen *n. 8.* dicit: † Verius eſſe, teſtem pro- 145.
bare, etſi famæ definitionem neſciat, ſive malè definiat; & ſufficere, ſi in cauſa ſcientiæ concludat. Quàm iniquum † n. 146.
eſſet, ab imperito aliquo & plebejo Laico Famæ definitionem requirere, quam nullus Doctorum tradere potuit tam accuratam & perfectam, quin ab aliis, ob aliquem defectum, carperetur. Cum veriſimiliter ſatis intelligat Teſtis, Quid ſit fama? *Clamor*, nimirum, *& conſentiens populi teſtimonium*: nec artificialem definitionem dare poſſit, citra ſuſpicionem ſubornationis, &c.

SED, terram video, proin' vela paulatim complicanda erunt.

## XIV.

Ad hæc (8.) neceſſum eſt, ut non modò Famam conſtituentes & *efficientes*, ut ſupra *th. VII.* dictum, ſed etiam de Fama † *deponentes* & teſtimonium perhibentes, Ipſi in- 167.
tegram bonamq; famam habeant, *Dec. conſil. 105. n. 5.* Cravetta *conſil. 249. n. 14.* Menoch. *conſil. 149. num. 41. lib. 2.* Adhibitâ tamen Limitatione ſupra *n. 80. & ſeq.* poſitâ.

## XV.

Denique (9.) debet † Fama illud ipſum delictum, 148.
quod probari debet, & non aliud, concernere, *Br. in l. Caſſius. 2. num. 2. ff. d. Senat. (fol. 104. col. 2.)* Alex. *conſil. 5. num. 3. lib. 1.* Natta *conſil. 362.* Hypp. Marſ. *conſil. 44. num. 10. V. 1.* & complures alii, quos vide ſis.

## XVI.

Ultimò & (10.) Fama † omnimodò conſentiens, per- 149.

fecta, ſolida, inconcuſſa, non falſa, non inconſtans, non vaga, non levis, nec temeraria, nec contraria &c. eſſe debet, *per ſupra alleg. ll. & Dd.*

XVII.

Et hæc, pro nunc, ſufficiant. Ex quibus conjicere licet,
150. quàm † ſit difficilis probatio famæ, adeò, ut vix ſufficerent ad eam rectè probandam teſtes, qui eſſent Jurisperiti, inquit *Clarus d. Q. 6. verſ. poſtremò ſcias. &c.* Et *NOTANDUM*, quod " *Gramm.* dicit: ſe toto vitæ ſuæ tempore nunquam vidiſſe Proceſſum, in quo potuerit reperire, probatam fuiſſe famam publ., propter multa, quæ ad iſtius probationem requiruntur, *conſ. 42. n. 8.* quem allegat *Ev. in Top. loc. à contra. 19. poſt n. 13. lit. b. p. 246.* Subſiſto.

Δόξα τῷ Θεῷ!

---

*Clariſſimo Doctorando*

Dn. ADAMO Schellern/ de FAMA

pro Gradu diſputaturo:

DE *Fama* dum verba facis, quæ nuntia rerum:
Hinc laudem toto tollet in orbe tuam.
Mox tibi diva Themis ſummos perſolvet honores,
Nec, *famam*, credas, hæc tua facta latent.

*Ex animo gratulor*

Chriſtoph Philipp Richter/ D.
Prof. P. & p. t. Facult. Jurid.
Decanus.

CON-

CONSULTISSIMO ET CLARISSIMO Dn. SCHELLERO, J. U. Doctorando dudum meritiſſimo, Amico ſuo veteri pl. æſtimando,

S. P.

Mira hominum ſors eſt. Quidam, SCHELLERE, meretur,
Famam; habet aſt alius, munera multa ſimul.
Exemplum, SCHELLERE, tuum docet: invida longùm
Digno digna parùm ſors tulit antè tibi.
Scilicet haut virtus, nec digna ſcientia prodeſt,
Munera dat favor & nexus amicitiæ.
Obdura. Famam, & quæ concomitantur eandem,
Dona tibi jamjam laude Themiſta parat.
Sat citò, ſi benè ſat! Conſtanter AGE. Utere felix!
Æternùm celebret nomina, Fama, tua!

Bonæ ſcevæ ergò
deproper.

Godfried Fiebig D.

---

POſt varios caſus, poſt mille pericula rerum,
ad requiem portús Te Palinurus agit.
Hancce brevi attingas, precor, & tibi fama per orbem
parta tuâ FAMA vivida ſemper eat.

Clariſſimo Dn. Doctorando, Amico meo candido hoc voti mei caput officioſè mitto

Juſtinus Schelhaſe D.

 Cla-

# Clariſsimo Dn. Schellero Doctorando:

DE FAMA *doctas in lucem mittere chartas,*
*Quid* bona, *quid* mala *ſit, quantò diſcrimine diſtent,*
*Quàm beet illa viros, hæc quàm depravet eosdem,*
*Enodare, boni rem ſuſpicor ominis eſſe.*
*Num,* SCHELLERE, *vides omen? en, explico paucis:*
*Perpete ſuccreſcent* Doctoris *Nomina* famâ,
Fama *vehet ſuperas tua Nomina ad ætheris arces,*
*Neſcia* Fama *mori, te vivum linquet in Orbe.*
*Eſt* bona Fama *bonum, quo non eſt ſanctius ullum,*
*Immortale bonum* Fama *eſt & Gloria* vera.

gratulationis ergò
f. raptim

***Johannes Zeiſold M. Phyſ. P.P.***
*p. t. Decanus.*

---

DE famà; *SCHELLER, Themidos generoſa propago,*
*dum doctâ pangis lemmata docta manu,*
*Amplam aperis* famæ *portam tibi, & ora frequentas*
*Pennâ diſſolvi permetuente virûm.*

***Gratulabundus f.***
Daniel Stahlius P. P.

---

F*AMA, malum*; Vates ait: aſt improvidus errat
*SCHELLERI,* quovis judice, *FAMA, bonum.*

Huic

Huic *FAMA æternam* pariet doctiſſima *famam*,
& meritum digno mactet honore Virum.

*Amico honoratiſſimo*
*congratul. f*
Joh. Michael Dilherrus
P. P.

---

DUm nitidis *Famam* ſcriptis extendere gaudes;
Ipſe *Bonæ Famæ* puncta celebris habes.
*ADAME*, in Themidos Miles veterane paleſtra,
*SCHELLERE*, inſignis cultor amicitiæ.
Te vehet in niveis dignum *Bona Fama* quadrigis,
donec in hoc mundo *Fama* ſuperſtes erit.

*Suo*
antiquæ virtutis & fidei
*SCHELLERO*
L. M. Q.
*mittit & offert*
*gratulabundus*
M. Adrian Beyer/
Jenenſis Diaconus.

---

*Adamus Schellerus*
*per ἀναγρ. eliſâ aſpir.*

CUr *magis Herculeo* malles ſudâſſe *labore?*
*Scilicet hinc honor & fama perennis erit.*

*Debiti honoris & fauſtæ accla-*
*mationis ergò approp.*
Nicolaus Michael Himmel.

Quanti

QUanta brabēa ſuis Cultoribus addere magnis
Divina geſtiat Themis,
Ipſius, ecce, Tuo exemplo, CLARISSIME, monſtras
SCHELLERE, fructus optimos
Hæc Tibi dùm tribuit Dea, dumq; exornat abundè
ampliſſimis honoribus.
Ergò quid voveam, niſi ſic decoratus ut annos
vincas onuſtos integer.

*Gratulationis, boni ominis & læti auſpicii ergò*

Clariſſimo & Eximio Domino Candidato, Fautori & Amico ſuo maximoperè honorando

*Hæc*

*apponeb:*

M. Johannes Wolffgangus
Frentzelius Ratisp. SS.
Theol. Stud.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-377090-p0027-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-377090-p0028-2

ULB Halle 3
003 252 736

Sb.

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-377090-p0029-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-377090-p0030-2

99. 8.

M 10

…IDICA

…S

…MA.

…s Favore,

…*mią JCtorum Ordinis*

…*demiâ,*

…*Excellentisſimo,*

…epaur/JCto,

…co, Conſiliario

…ENIORE veneran-

…abinatûs Adſeſſore

…ac Promotore

…vantiæ cultu

…ando,

…*M DOCTU-*

…*Honores, Privi-*

…*URE ritè ac*

…*di,*

…ittit L.

…LLERUS

…cus,

…*m*

Viro Præclaro, Eximio ac Spectatissimo, Dn. M. Johanni Georgio … Juris Practico & Civi Primario … Curiae Variscorum, Assessori … honorando offert Autor …

…STOPH. WEIDNER.

…L.

3